



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per
Aphorismos Strictim Explicatum**

Corvinus van Beldern, Arnold

Amstelodami, 1663

Luxuria contra naturam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10591

De luxuria contra naturam.

T I T. XXII.

Gradus sunt peccatorum: & adulterii malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu; incestum vincit is coitus qui contra naturam fit. *c. adulterii malum. cum trib. seqq. 32. qu. 7.*

Contra naturam fit coitus, cum masculo, cum femina in membro ad hoc non concesso, *c. offerebat. 12. c. usus naturalis. 14. eod. 32. qu. 7. cum brutis. c. 4. mulier. 15. qu. 1. c. hoc ipsum. §. hoc autem. 33. qu. 2.*

Cum brutis commixtio, morte punitur: *d. c. mulier. 15. qu. 1. cum puerō, vel muliere contra naturam, hoc iure in Clerico, dejectione, & in monasterium ad poenitentiam agendam detrusione; in Laico, excommunicatione, & à cœtu fidelium remotione vindicatur. c. clericī. 14. de excess. prælat. c. ut clericorum. 13. de vit. & honest. cleric. c. offerebat. 12. c. usus naturalis. 14. 32. qu. 7.*

De furto.

T I T. XXIII.

Furtum, est contrectatio rei alienæ, vel usus ipsius, in vito domino, *c. dudum Ecclesia. 54. de election. c. non furem. 7. qu. 1. fraudulenta, lucri faciendi causā. §. furtum autem. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.*

Est vel *simplex*, de quo hoc titulo: vel *improbius*, de quo titulo sequente.

Illud vel *manifestum*, vel *non manifestum*. *§. furtorum. Inst. eod.*

Manifestum est, quod nulla tergiversatione celari potest. *c. cum olim. 24. de verb. signif.* & ideo nullâ aliâ probatione indiget. *c. de manifesta. 2. qu. 1. Non manifestum est*, quod celari potest; & probatione indiget.

Utrumque fit etiam in re modica, *c. fin. 14. qu. 6. modo*